

August Pfeiffer

**Augusti Pfeifferi SS. Th. D. Ecclesiar. Lubecensium Superintendantis Epistola
Eucharistik Simul, Atque Apologtik, Ad V. Cl. Petrum Poiretum, Scripta
occasione libelli eiusdem de educatione liberorum, quem sub nomine Prudentiae
iustorum (Klugheit der Gerechten) alias Germanice vulgavit**

Lubecae: Rostochii, 1694

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746324235>

Druck Freier  Zugang



51. c. 6.

36 p
40 p
8 p
24 p
46 p
20 p
48 p
24 p
24 p
28 p
31 38 p
32 p
24 p
24 p
40 p
28 p
24 p
16 p
16 p
24 p
56
38
32

10. 124
59 — April
26.

16. 28 g
91 n
16 p
36 p
68 p
40 p

Fg=1071-44.

Index.

1. Wincklers und Hinc Kelmanus. Bründzleiter Braunis.
2. R. Ministerij firste Abfertigung.
3. Wincklers Abgängelichter Schrift.
4. Eigtem Jähzamn to schenken.
5. D. Meyers Belohnung mitthun.
6. Wincklers wurd zu Hartigk erahert und d. Fack trud. D. May.
7. Wincklers und Hinc Kelmanus Abgängelichter und Aulung g. D. May.
8. D. Meyers Jagdstrafe fürzen.
9. Eigtem Vorzüglichkeit zu gewisen.
10. Wincklers Anhänger lebendig D. May.
11. Vacken Epidromie am 25. Aug. star.
12. Vacken und Hinc Epidromi.
13. Anonymi grüflich Brudach itar gegenw. religiösen.
14. Vacken eritoran Yule Epidromi.
15. Vacken. B. Lewinian Horbinm must erfraget.
16. Wincklers Rettung der Unschuld wiser in Ministerialen.
17. R. Ministerij zweiter Abfertigung.
18. R. Ministerij dritte Abfertigung. Mit dann Brudach über Zitter.
19. Vacken enzo Averwoestung wider Wincklers.
20. D. Meyers Anhänger formelle Forder. Winckl. und Hinc.
21. Wincklers Jähz gewischt wider da. Gott. Gafeldigny.
22. Wincklers Anhänger wider D. Meyer. 1. Feit.
23. Vack. Drury Dornemann an Senat. mit Sonnarey.
24. D. Hinkelmanns Gafeldignydsrich an Samm. Sammels.
25. Dornemanns Enthüllung. Abalund und der Konsul g. Vack.
26. Clemensius Hennicke Lohr wider die Brünzleiter.
27. D. Meyer's Tri Tola ab Amicos Belgas.
28. Wincklers Bründzle. Braunis. B. in Hamb. Dies must wir gewiss.
29. Dornemann Bründzle Bründzle der Konsul.
30. Vack wider eng ang. diese Bründzle.
31. Clemensius Sammels Sonnarey erzählt sorgn.

27. Vn 6 Linie des Form an d. H. Hinckelmann.
28. Einmarsch u. der Winckelmann war zur Freytagung.
29. Holländisch Amburgo diarium.
30. D. Peteram dünge Drayen & Eliasmi Sandi.
31. Arbeitet des Denischen Regiments in den Auslanden Potsdam.
32. Franc Kant Ammoniusring in den Antig.
33. D. Dieemanns Regonna 3^{er} Fao. in privatā Comit.
34. Nenbauer Ammoniusring der Ammoniusreitzen gemacht;
35. Ammonius Wirtesring der Ammoniusreitzen.
36. Nenbauer Ring: ob am sind abgesetzt und ein Linne.
37. Eigem Sanderson an Sev. Peteram.
38. G. Kaischi Amica Regonna ad Dr. D. Bayer.
39. D. Neumann de Eliasmo Subtilissimo. auch J. G. Wever. (Vorlesungsprogramm)
40. D. Neumann Ammonius. Wirtesring Erwähnung. (Programm)
41. D. Kleffers Epistola ad Vorretum.
42. D. Frischjägerwachis ad Unos Polil. & Legend. Ribe.
43. Etiedim Wirtesbergium de contrar. noris.
44. Vnij Lefensia Ammanum von Ausbildung des Frischjägers.

AUGUSTI PFEIFFERI

SS. Th. D. Ecclesiar. Lubecensium
Superintendentis

EPISTOLA
ἘΥΧΑΡΙΣΤΙΚΗ
SIMUL, ATQVE ἈΠΟ-
ΔΟΓΗΤΙΚΗ,

AD

V. CL.


PETRUM POIRETUM,

Scripta occasione libelli ejusdem *de educatione libe-*
rorum, quern sub nomine *Prudentia iustorum* (Klugheit
der Gerechten) alias Germanice
vulgavit.




Lubecæ & Rostochii 1694.

22



(3)



AUGUSTUS PFEIFFERUS PETRO POIRETO SALU- TEM & SANIOREM MENTEM!



Inistro sanè & inimico fidere factum videtur, Libellus
Poirete Clarissime, ut libellus tuus de Educatione Librorum Poiretianus
à Nonnemine, sub specioso elogio Prudentie Justorum, turbas ciec.
Germanicè ederetur & in vicino Emporio in vulgus sparge-
re. Sævæ enim editionem libelli exceperunt tempesta-
tes, qvæ in hunc usq; diem nondum penitus considerunt.
Præcipue autem tui causa periclitatur Editor, & patitur telis
vulnera facta tuis, unde nunc fortè mecum mallet, tua in
capreæ cornu (כְּרָנֵן הַצְבָּה) scripta fuisse, ut Ebræi loqvuntur, ubi scilicet cervi & dor-
cades cornua deponunt. Tu itaq; fluctus per libellum tuum motos abs te qvoq; com-
ponendos ratus, ornatorem nonnihil & veste Latiali indutam, sed & tractatulis qui-
busdam apologeticis munitam, prodire tuam Helenam voluisti. Istis verò scriptiun-
culis tuis, virulentia, fastu, & (licet ne hoc addere & vivere tamen?) stoliditate plenis,
micum dictu est, qvantopere te jactites; qvam petulanter & protervè viris de Ecclesia &
re literaria benè meritis insultes; imò, qvatum video, prorsus speras, posse te omnes,
qvotqvt ungquam contra libellum istum tuum signa sustulerunt, eorumq; legiones uni-
versas, uno diffiare spiritu, qvæsi ventus folia aut Panniculam textoriam, qvin etiam (ceu Plaut. Mis-
Pyrgopolinices ille Plautinus) vel quingentos simul, ni hebes machrera foret, uno istu sic lit. Glor.
occideres. Satius tamen fortè fuisset tacere, qvam in usus miserabiles habuisse linguam,
qvod Lactantius ait, vel, ut reddam tibi verba tua, te hunc lapidem tractatu sat difficultem Lact. de ira
adversariis tuis non movisse, qvam multa coacerbasse sine ordine, lumine, principiisq; suf-
ficienribus, & tamen ita, ut omnes cum adversariis lites ex hoc uno prætendas decidere, &
de iis tanquam uno istu prostratis securè triumphare, quod amicis commiserationem, ini-
micis verò risum & confidentiam movet, utpote qui inde præsumptionem capiant arbitran-
di, omnia, per quæ impugnantur, ejusdem esse commatis. Qvicquid autem sit, tandem
miser ille Pfeifferus, triobolaris ille Grammatista, longè infra mediocritatem eruditiorum
positus & nonnisi inter humiles myricas cum literionibus reptare solitus, qui nescio,
qvo fato suo, in dinumerandis literis Alcorani & Syllabis Talmudis ingenii florcm detri-

Mess. Re-
tuv. c. i. in
Mischna.

Apologia
ipso parato.

Lact. de ira
DEI c. 10.

Cogit. Rat.
Poirets p.

377.

Coronis e.
jusdem no-
bis oppo-
sita.

vit, qvem verò tu, Poirete, dum in sterilibus speculationibus consenuisti, servāsti illibatum.,

Causa responsionis nostræ. Se qvogz Principibus permixtum agnovit Achivis. Postqvam enim in cœteros virus omne effudisti, postremò in coronide qvadam & calce libri, mihi qvasi cauda uncā minitaris. Diu anceps hæsi consili, num ad maledicam tuam coronidem aliquid reponendum esset? Nam & nimis serò, ante paucos scilicet demum dies, scriptum istud tuum in meas pervenit manus (indicio & adminiculo venerandi Senioris nostri D. M. Bernhardi Krettingii) unde contumeliae jam obsoletæ videri poterant. Tum obstabant occupationes publicæ; poscebant præterea operam nostram nonnulla in publicum paranda, qvæ carceres jam mordent, ut ita distracto ad tuas chartas animum curamque convertere vix liceret. Sed & res ipsa responsum magnopere requiri haud videbatur, cum tu in libello tuo mea arrodas qvidem, sed minimè refellas, contentus dixisse, esse aperte falsa, ridicula, interg, se pugnantia; & sic foedâ ingenii intemperie pro responsionibus convitia, pro defensione calumnias ingeras. Maledictis autem & convitiis uti, non est disputatoris, sed plebejum & Philosopho indignum vitium, & furoris indicium, uti Origenes ait.

**Orig. l.l.
contra Cel-
sum.**

**De vitupe-
ratione sui
an gauden-
dum?**

p. 69.

**Aug. in Gen.
de qvit, grata reprebenſio est, imò quod pejus multò est, quamlibet malus, quamlibet per-
Guberna-
dicus, mavult mendaciter prædicari, quām jure reprehendi; & falsarum laudum irri-
tionibus decipi, quām saluberrimā admonitione servari.**

Persit.

p. 288.

**Prov.
XXVII. 2.**

Verum enim verò postqvam aliquid otii nactus sum, alia me ad scribendum ratio impulit & ut hanc ederem Epistolam (qvo scriptioñis genere te non indelectari video) obtinuit; scilicet ut pro tot convitiis atqve maledictis, qvæ in me congesisti, gratias agerem & publicè tibi explicarem lætitiam, qvam inde, ingenuam sanè & solidam, cepi. Qvanqvm enim stolidum dictu sit (qvod tu tamen inculcas) dolori indulgendum esse, si quis nos laudet, contra intimi gaudii argumenta esse debere, si quis contentu & injuriā afficiat; cum laus ipsa in se nil mali vel triste, contemptus verò nil boni vel lætabile habeat, & si cuiquam facile est laude carere, dum negatur, difficile est eā non delectari, dum offertur, uti monet Augustinus. Et Salvianus: Nulli, in Salvian. de qvit, grata reprebenſio est, imò quod pejus multò est, quamlibet malus, quamlibet per- Guberna- dicus, mavult mendaciter prædicari, quām jure reprehendi; & falsarum laudum irri- rationibus decipi, quām saluberrimā admonitione servari. Et nōstī forsitan istud Poëtae:

--- An erit qui velle recusat
Os populi meruisse, & cedro digna locutus,

Linguere nec scombros metuentia carmina nec thus?

Quin tu ipse, mi Po'rete, non mōdō laudantibus haud infensus es, cui qvippe ii soli viri pii & docti sunt, qvì tua præconiis vel saltem suffragiis suis proseqvuntur; sed & laudū tuarum non legnis es buccinator, neq; posset pro libello tuo luculentius testimonium exspectari qvām à teipso. Ita enim de eo loqueris: *Libellus ipsus satis & se commendat & me defendit, possumq; de eo scripto sine jactatione verba Poëtæ mea facere: Aequè pauperibus prodest, locupletibus aequè, Aequè neglectum pueris senibusq; nocebit &c.* Ubi tantum non in discrimin salutis adducere videris, qvotquot libellum tuum renuant Nocturnā versare manu, versare diurnā. Scilicet habuisti, cum ista scriberes, in animo istud Salomonæum: *Laudet te aliis, non os tuum; extraneus, & non labia tua!*

Interim gaudendum esse de convitiis, si proficiuntur à veritatis & honestatis ho-
stibus,

◎()◎

stibus, id ultrò tibi largior. Namq; uti ea jucunda laus est, qvæ ab iis proficiscitur, qvi
ipsi in laude vixerunt, ita non minùs decorum est vituperari à malis, *iisq; displicere, inter
laudis argumenta meritò est reponendum*, vel teipso judice. *Antisthenes* sanè cum p. 248.
aliqvando laudaretur à malis, *Miserè*, dicebat, *metuo, ne fortè mali quippiam fecerim.* *Diog. Laer-*
Egregia sunt, qvæ in eandem sententiam extant in *Excerptis Senecæ tributis, & digna qvæ rius de vis.*
hic legantur: *Malè de te loquuntur homines. Sed mali. Moverer, si de me Marcus* *Phil. 1.5.*
Cato, si Lelius sapiens, si alter Cato, si duo Scipiones ista loquerentur. Nunc mali disipli- *Senec. Opp.*
cere, laudari est. Non potest ullam autoritatem habere sententia, ubi, qui damnandus *T. II. p. 896.*
est, damnat. Præcipue verò *Theologis* convitia, in religionis negotio, ab hæreticis &
heterodoxis facta, non dedecori, sed ornamento suat, & pro liquidissimis testimoniiis *Matth. V.*
orthodoxiae.

Quidni igitur ego (qvi, si non vires, saltem numerum Theologis Ecclesiæ nostræ
augeo) impensè gauderem de tuis convitiis, qvibus in me debacchari voluisti? Profecta
enim ea sunt non à gravi & cordato Theologo (alioqvi mihi utiq; formidanda) sed à
te, homine non modò in *Calvini Schola*, quantum scio, enutrito; non modò sententiis
Cartesii paradoxis imbuto; sed Sectatore insuper, parastatâ & hyperaspiste deliræ illius
& fanaticissimæ aniculæ *Antonietæ Bourignonie*, adeoq; à *Matæologo*: unde mihi
nonnisi honorifica esse possunt apud omnes genuinos Evangelicæ veritatis Promachos,
qvi nimirum inde pervidebunt, quantopere tibi tuiq; similibus displiceam, adeoq; non-
nisi dissimillimus vobis esse qveam. Qvod enim de *Calvino* non nemo dixit, idem in
te non minùs, imò fortè magis quadrat: *Qui Calvinum (sic Poiretum) novit, scire po-*
test, nonnisi grande aliquod bonum à Calvino (Poireto itidem) damnatum. Imò, crede
mihi, mi Poirete, non parum tibi succensuisse, si incautiùs forte in meas excurrisse lau-
des: nam qvi à te tuiq; similibus laudantur, eò ipso fere incipiunt orthodoxis esse su-
specti. Convitiando proinde me & mea, solidam à me & grandem iniisi gratiam, eam-
que tantò majorem, quantò atrociora in me maledicta πιονι μέτρων jactasti. Etenim, Poiretum.
referente Gellio, turpius dicebat Favorinus, *exiguè atq; frigidè laudari, quam insectan-* *Gell. 1.6.*
ter vituperari: Qui enim maledicit & vituperat, quanto id acerbius facit, tanto ma- *Noct. Att.*
gis pro iniquo & pro inimico habetur, & propterea fidem non capit: Sed qui infæcundè
laudat, destitui à causâ videtur. Fieri itaque non potest, qvin cum prolixâ gratia-
rum actione lucris meis atqye commodis deputem, qvod à te strenuè atqye gnaviter fui
vituperatus. Qvas proinde gratias mereris, qvod, alia licet omnia agens, famam me-
am apud Theologos γνωσίως tales asseruisti, eas tibi nunc ago, Poirete, publicas & so-
letines; neq; deprecor, imò hortator potius tibi sum, ut, qvamdiu es, qvi hucusq; fuisti,
convitiis tuis me porrò condecorare pergas. *Palmas, non culpas, esse putabo meas!*

Ne verò exstimes, mi Poirete, me dicis tantùm gratiâ & per aliquem ingenii lu- *Poiretus*
sum tibi gratias egisse minimè promeritas, paucis nunc cognosce, qvale te huc usqve
mihi & aliis ostenderis. Cujus qvidem nunc sis religionis, ego haud facile dixerim. *cujus sit re-*
Perrupisse te cum (Espirits forts) Spiritibus fortibus (nōsti, qvos velim) omnia *ligionis?*
positivarum religionum repagula, haud levis suspicio injici poterat è discursu præli- *§. 123. p. 72.*
minari cogitationum tuarum rationalium, ubi inter alia ita animi sui sensa resupinâ-

sti : Quas alii admiserint opiniones, mihi perinde est, utpote qui, DEI beneficio, à jugo pedagogie in multitudinem imperantis sum liberatus. Interim ad fanaticum ego te crediderim propensiorem. Dicis quidem in maledico scripto tuo confidenter satis,

p. 134. te à nullo eorum, quibus utcunq; innotuisti, pro fanatico reputari, qvod ego forsitan credam, sed hanc veniam mihi dabis, qvod nondum credam hodie. Negare

Sectator Antonie Bourignoniæ.

V. Cogit. ra- tionales.

p. 610.

p. 132.

Ant. Bou- rignoniæ pseudo- dogmata & deliria.

quippe minime potes, te Antonie Bourignoniæ oppidò fanaticæ deliramenta approbando tua fecisse. Non verteris enim profiteri te inter occasiones præcipuas cognitæ veritatis numerare scripta verè cœlestia divinæ virginis Antonie Bourignon; item, reperiri in divinis ejus scriptis veritates capitales sive principales circa Spiritualia, tanquam vivum aliquod semen mentem fœcundantes, & qvæ sunt coetera : Sicutque detonas in Theologos de cœlestibus divinæ illius virginis libris securi sentientes : Neg, hic multum moror, inquis, si nonnulli tumidi Doctores, lividi Ecclesiastæ, qui Spirituales vocari gaudent, ignari liberalium quisquiliarum Magistri atq; pædagogi, opinione plenitudinis sue fascinati, passionibus occœcati, & scotomate suarum Scholasticarum nugarum percussi, iisq; veluti in vertiginem & gyrum circumacti, invidiose & ex ignorantia suâ crassâ, lucida illa scripta calumnientur & quidem ad insaniam usq; : blasphemantes, quæ nec capiunt, nec ad quæ solidè & cum fructu capienda (quamdiu sapientia sue stultæ, affectuum suorum, mundanarumq; partium mancipia esse volent) magis apti sunt, quam vel cœcus ad colores, vel asinus ad lyram, &c. Ita quoque in aslumentis numeri libelli tui, dicis, te solidas tantum ac salutares S. Evangelii veritates in Bourignoniæ scriptis reperiisse, ideo corruptis hominibus odiosas, quia si illas nossem, vitia sua cognoscerent : Et post aliqua interjecta, cum dixisses, emolumendum nunquam pœnitendum salutis & cognitionis ex scriptis ejusdem hauriri posse, subjicis deinde : quale cum aliis innumeris anima mea se inde reportasse sit, gaudet, profitetur, ab adversariis nihil territa. Ita scilicet verum est illud Viri Sapientis, Deformes buccas suas etiam inventire basiatores ! Liceat verò mihi tuâ pace, mi Poirete, aliqua saltem linneamenta istius tuæ Phyllidis, quam adeò deperis, oculis legentium exhibere, ut, que, qualis & quanta sit, appareat. De Scriptura Sacra contemtim loquitur, ejusq; lectio- ne hominem internum confundi, scribit (Graff falsch). Theol. P.II. f.101. Licht der Welt l. 2. p. 61. Licht in Finstern. l. 2. p. 15.) contrà, Enthusiasmos plenis buccis cre- pat (Licht in Finst. l. 3. p. 4. f.) & quamvis Quakerorum Sectæ se inimicam ferat, Joh. Engelberti tamen & Jac. Böhmii Visiones & Dogmata Spiritui Sancto tribuit. Trinitatem Personarum Divinarum aperte negat, ejusq; loco tria attributa ingerit (Probirstein n. 113. 72. Gezeugniss p. 565. Licht der Welt p. 241. f.) Doctrinam de DEITATE Christi vocat scandalosam, qvæq; conversionem Judæorum & Turcarum impedit (Gezeugniss p. 308.) Christum duplex ait habuisse corpus, unum accepisse ex Adamo primitus Androgyno s. utriusq; Sexus, alterum ex Mariâ (Gezeug- niss p. 174. 347. 613. 616. Probirst. p. 80.) Meritum & Satisfactionem Christi passim fugillat, imò blasphemat, doctrinam istam esse errorem pernicioſissimum (Gezeug- niss p. 154.) esse fabulam (Graff der falschen Theol. P.I. p. 199.) esse absonam & pugnare cum DEI veritate, bonitate & omnipotencia (ibid. p. 66.) esse à Diabolo

excuse-

excitatam (ib. p. 217. 218. *Licht in Finst.* P. 3. p. 80. 113. *Gezeugn. der Barth.* p. 154.) è stygia palude haustam (*Licht in Finst.* p. 79. f.) adeòq; prorsus abominandam (*Gezeugn.* p. 544.) Christum non passum, nisi ut nobis suo exemplo præiret (*Licht der Welt* p. 168. f. *Grab falsch. Theol.* P. 2. p. 24.) nobis viam ostenderet ad promerendam salutem (*Gezeugn.* p. 183.) Salutem æternam nonnisi è nostris operibus esse exspectandam (*Graff P. I.* p. 217. *Licht in Finst.* P. 3. p. 84. f.) Gentiles quoque citra notitiam Christi per opera sua, beneficio insiti luminis peracta, salvare (*Probirft.* p. 140. *Licht in der Finst.* P. 4. p. 94. *Graff P. I.* 174. *Advertissem.* p. 271.) Liberum arbitrium in Spiritualibus adstruit (*Licht in Finst.* P. 4. p. 137.) Docet, hominem etiam in hac vita ab omni peccato; etiam à prava concupiscentia, immunem vivere posse (*Advertissem.* p. 409. f.) Sacra menta insuper habet, ceu supervacanea (*Licht in Finst.* P. 3. p. 23. f. 231. 235. *Advertissem.* p. 264. &c.) Verùm tedium me capit plura recensendi Φρεγτικὴ ἀκέσπατα & pestilentissima dogmata, è quibus Scripta divinæ tuæ virginis Bournionis sunt coagmentata. Nisi me omnia fallunt ostendunt ista planè, quod Maro ait, -- *Furens quid femina possit!* Ea verò si tibi, mi Poirete, cœlestes atq; salutares sunt veritates, noli imposterum elogium fanatici adeò operosè deprecari. No scitur ex socia, qui non cognoscitur ex se.

Verum ista nunc mitto, & confero me ad Coronidem illam, quam in mei grati- Transi-
am libello tuo assuisti, ubi satis superque ipse prodidisti ingenium tuum. Illic ve- ad examen
luti Entellinis gradibus atque acribus certibus in me miserum Daretum, tecum manus Coronidis
conserere ausum in surgis. Affectas qvidem, qvitui similibus mos est, laudem Chri- Poiretianæ,
stiane modestie & moderationis, verum ubi ad rem ventum est, nihil minus ostendis:
imò quod de Pilati lacu (sublestâ fortè fide) perhibent, quod vel minimò injecto la-
pillò incipiat furere & tempestates ciere, id de te nimis verum est. Nam ad unam
alteram voculam liberorem, quâ te fortè in libello meo Catechetico notaveram, ita
excanduisti, ut nihil prorsus omiseris, unde ægrè fieri famæ meæ posse putares (*Tan-
tæ animis cœlestibus ira?*) & postquam validè in me aliasque destomachatus es,
tum demum hypocriticè libellum obsignas voto Stephani: *Domine JEsu, ne statuas p. 523.*
illis hoc peccatum!

Incipis verò, Poirete, coronidem tuam à cavillo. Scilicet Pindari præceptum Cavillum
observare voluisti ('Ερχομένης ἐργα περιστών τὴν Δέμῳ τηλευτὴς) & uti veteres Poiretianū
fores suas antipagmentis exornare solebant, ita tu in frontispicio Coronidis tuæ oculi- de meo no-
feria quædam (ut Seneca verbo utar) posuisti, ut nimirum invitares lectores tuos ad mine.
Pfeifferum tecum exhibendum. Illis enim ut delicias facias, fugillas innoxium no-
men meum patrium, & ita cornicaris: *De Campania populis ferunt, eos, ubi Lunam p. 507.*
viderent Eclipsin (Eclipsin voluisti scribere) pati, aliquos consueuisse adhibere, qui æ-
rie cymbalorum, tubarum, similisq; instrumentalis musices sonitu, lunam ab Eclipsi
(Eclipsi) liberarent ac revocarent. An Dn. Magistro ejusq; sociis (in Ministerio Ham-
burgensi) in his sui Solis Eclipsi (Eclipsi) venerit in mentem, populos iſtos imitari, equi-
dem non mihi liquidum est: nihilominus tamen dices, eos depellende illius Eclypeos
(Eclypeos) solaria gratia, evocasse idcirco è vicinia Lubecensi quandam Tibicinē, si potes suo
hic

bic stridore solem promissum ab Eclipsi (scribe vel tandem, Eclipsi) excitaret. Inventioncula hæc, in quâ tu mirè tibi places, pistillo paulò acutior & tali sanctulo digna, arguit ingenium tuum haud vulgare, nec sterile, nec inficetum. Quid enim otioso isto mentis lusu lepidius excogitari potuisset : Campania populi æris crepitum lunam lune revocare voluerunt : ita Hamburgenses Theologi ad Eclipsin solarem depellendam me Tibicinem evocârunt. Lepidius nonnihil lusiles, si etiam Solis eclipsin aliquando æris crepitum & tubarum sonitu depulsam legisses, quam verò Græci supplicationibus potius Soli factis & immolatione pulli candidi & indomiti avertere conati sunt. Vide tamen, bone vir, ne quid mentiaris. Certè illud, quod ais, me ab Hamburgensisbus esse evocatum, oppidò falsum est. Cum libellus tuus in hac urbe nostra incideret fortè in homines qvosdam niovis rebus studentes (--- oia n wæðs Bóoxa gæda pælaiva wælwa ærweðas arðƿæðas) & periculum esset, ne simpliciores turbarentur, ego ipse, nemine impellente, ex officio libellum sub censuram revocandum duxi concionibus nonnullis, qvarum ne nunc quidem me pœnitit. In utramque proinde aurem dormias qvæso, mi Poirete, de Hamburgensem Eclipsi (qvæ tua orthographia est, condonanda facile, postqvam à jugo pædagogorum es liberatus) Utinam verò ego Eclipsin istam judicii tui, qvâ adhuc dum te laborare video, magnam sanè & totalem cum morâ prorsus inusitatâ, Tibicino meo depellere possem, qvæ verò nulli æri Campano, nullis tubis aut lituis, nedum tibiis cæsura videtur : Tibi tibi cecini, Poirete, sed saltare renuisti ! Recipe proinde cavillum tuum de meo nomine. Qvam facile autem mihi esset reddere vicem & reponere jocum non minus

γυμοδαχη; scil. exspectasse lectores à Poireto in Coronide illâ & quasi lance ultimâ lautiora bellaria, Pyra puta superba, Palatina vel Regia. Verum Poiretum iis apposuisse Poires (five Poirettes) d' estrapillon (pyra s. pyruncula strangulantia) Venum nimis tristis labor est inceptiarum.

Judicium iniquum debilem tuam, & ut mihi qvâ maximè ægrè facias (ita ut feriri me sentire debeam) infra omnes antagonistas tuos me in extremo sedili collocas & ita in me debaccharis : At bonus ille vir, non modò nihil tale cum omni suo conatu potuit peragere, sed

p. 108. Et Hamburgensis melodiæ dissonantiam rauçâ fistulâ suâ adauxit potius : nedum sit ipsem aut debeat esse lucidus iste Sol promissus, sublimis ille Theologus, in rebus bisce (Spiritualibus) summe exercitatus, cuius scriptio adversus libellum meum futura sit perfecta quædam, & necessaria ac funditus explicita barum rerum deductio. Atqui credo, id nemini, cui quidem D. Doctor Augustus Pfeiffer ejusq; scripta innotuerint, ullenus de eo persuasum fore, tametsi Dn. Magister noster (Vakius) in ultimo suo scripto auctoritatem ejus maximè deprehendit, que tamen (ne per eam veritati fraus fiat) tam levis est ponderis, ut meritò dubites, utrum ad res Spirituales interioresq; percipiendas ac judicandas, ullus sit in toto eruditorum orbe Doctore isto ineptior. Ita ego tibi, Poirete, sum (quod de se Agur dixit) stultissimus virorum & sapientia hominum non est mecum, non didici sapientiam & non novi scientiam Sanctorum. Mihi autem pro minimo est, ut à te judicer, aut ab humano die, sed neg, me ipsum judico, uti Paulus

Prov. XXX. 2. 3.

Paulus ait i Corinth. IV. 3. SOLEM me esse orbis literati, nemo minus crediderit, quam ego ipse, laetus, si locum olim reperiam inter Soles alterius Seculi Matth. XIII. 43. Nolo, ut quisquam mortalium mihi plura tribuat, quam modus ingenii & meritorum implere queat. Metiri sua regna decet, viresq; fateri. Qvod vero ad te attinet, mi Poirete, videtur te designasse Lucretius, dum Epicuram describit,

Qui genus humanum ingenio superavit & omnes

Lucrep. l. 8.

Restinxit stellas exortus ut aethereus Sol!

Tu ad res Spiritales interioresq; percipiendas & judicandas protus Lynceus es: Tibi ingenium ad omnia velox, tu in omni scibili non hospes es, sed ubiq; domi:

Grammaticus, Rhetor, Geometres, Pictor, Aliptes,

Juvenal.

Augur, Schænobates, Medicus, Magnus, omnia nosti!

Sat. 8.

Te nemo in toto Eruditorum orbe aptior; nemo in Cœlestibus divinæ illius (quam nōsti) virginis oraculis versatior, nemo quoq; in poliendis illis versatior; tu

Gallina filius albae,

Juvenal.

Nos viles pulli nati infelicibus ovis.

Sat. 18.

Sine tamen, ut me ipsum erigam atq; contra maledicta tua muniam verbis Apostoli illius, qui sese minimum Apostolorum profitetur, imo qui non sit dignus, vocari Apostolus i Cor. XV. 9. Ille ita in rem meam: Que stulta sunt mundi, inquit, elegit Deus, ut confundat Sapientes: Et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; Et ignobilia mundi & contemptibilia elegit DEUS, et ea quæ nihil sunt, ut ea, quæ sunt, defrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus i Corinth. I. 27. s. Qvibus addere luet illa cedro digna Gregorii M. Si est nobis testis in caelo, testis in corde, dimittamus Greg. M. in pultos foris loqui, quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt, nisi quod in pul- Ezech. l. 1. verem sufflant, et in oculos suos terram excitant, ut unde plus detractionis perflant, inde hom. 9. magis nihil veritatis videant.

Ne vero sine colore aliquo crimineris, pergis in studia, qvibus ætatem triverim, Scommuni pruriens stringere calatum. Scilicet Pfeifferus, siquidem Poireto fides, mentem & etatem totam occupatus trivit circa istiusmodi objecta, quæ non divinas animæ facultates, non intellectum, non rationem ipsam, non judicium, sed memoriam ipsam exercent ut plurimum, circa rerum nempe ac circumstantiarum cortices externos, circa linguas exoticas, verba orientalia, numerationem nominum plus octoginta quibus mel, plus ducentorum quibus serpens, plus quingentorum quibus leo, plus mille quibus ensis Arabitæ appellentur: quot sint in Alcorano Medinensi literæ, quot vocabula, quot versiculi, & hujus farinæ familia. DEO sit laus & perennis gloria, qvod post tantos ingenii æstus nihil in me reprehendendum reperi potuisti, nisi talia, quæ si laude digna non videntur, tamen culpâ vacant. Culpas in me aliquid (cum Augustino loqv) dente maledico, Augustinus quod mente veridicâ scis esse non culpandum. At vero cui bono? Egregiè culpatus Epist. 16. est, dicebat olim Cicero, cui præter patriam nil objici potest: ita ego egregiè culpatus sum, cui nil objici potest præter studia liberalia & qvæ summis viris in pretio semper fuerint. Non dissimulo, qvin in parte felicitatis meæ pono, adeòq; gaudeo, me impensis olim deditum fuisse studiis lingvarum Sacrarum & hisce succenturantium Orientalium,

B

qvæ

Poiretia-
num in stu-
dia lingva-
rum Orien-
talium.

p. 508. seq.

Cogit. Rat.
p. 610.

qvæ tu tam alto supercilio despicias, qvia nunquam vel primoribus labris degustasti; rudis nimirum talium & prorsus ὄρος πέρα λύγει, qvam tuam vocem, de Ecclesiastis alicubi usurpatam, tibi non immerito reddo. Et tantum abest, ut tibi credam, me operam qvam in illis collocavi, perdidisse, ut ad ea prioris vitæ meæ oblectamenta oculos, inter constipatas occupationes, qvibus nunc distringor, cum dolore nonnunquam retorqveam.

Qvod tamen ais, me mentem & ætatem totam in solis istis studijs trivisse, ignosce liberæ voci, Poiretiana veritas est. Naçtus sum DEI beneficio (audiat vel invidia) ingenium mediocre quidem, attamen sufficiens in omnia, ad qvæ illud unqvæ applicavi: tale etiam feci studiorum meorum temperamentum, ut leveriora cum amœnioribus coniungerem. Loquuntur id (rumpantur ut ilia Momo) Scripta in vario literarum genere inde à triginta annis edita, qvorum pleraq; tu forte, qvia homo videris per paucorum hominum, in secessu tuo nunquam vidisti, & perstabant eorum aliqua, quando tua muribus, vel tineis & blattis in prædam cedent. Nil dicam de muniis publicis, qvæ in Academiis & Ecclesiis diversis (qvæ DEI gratia fuit) ita sustinui, ut qvanq; antecessorum merita non exæqvarem, sequerer tamen præclara vestigia, neq; committerem, ut partum per ipsos decus & nomen meā socordiā prorsus expiraret. Unde nemo eorum, qvi me propius nōrunt, ea credit, qvæ tu livoris & vindictæ stimulis actus incivilius effüsti. Tuo sanè judicio neque stabo neq; cadam. Suum cuiq; decus posteritas, imò aeternitas rependet.

Cavillum de numeratione literarum Alcorani.
p. 509. 512.
513.

Qvod verò Lectori tuo aliquoties inculcas, me mentem & ætatem trivisse in dinumeratione Synonymorum Arabicorum, & literarum Alcorani, inde nimium pellucet pertulantia ingenii tui, & quo incalueris Spiritu, sc. qvi à calumnia nomen habet & mendaciorum Pater audit. Qvis enim unqvæ mortalium me vidit in subducendis ejusmodi calculis occupatum? Et qvistupor esset totam ætatem in illo labore terere, qvi ne bimestris quidem, nedum semisecularis est? Cœterum rude hoc & styge Novacriam gelidius convitum inde natum tibi est, qvod ego alicubi ostensurus, lingvam Arabicam ubertate non concedere Græcae, è Cl. Pokokii Doctiss. notis ad Abul Faraj. p. 153. adduxi, dari in lingva Arabicâ quandoq; aliquot centena, imò vel millena unius vocis Synonyma: item alibi, ut Lectori fidem facerem de superstitione cura & veneratione Alcorani apud Muhammedanos, inter alia ex Cl. Hottingeri Thes. Phil. l. 1. c. 3. f. 4. p. 414. In Mateol. Judaicâ & Musamm. Ex. 3. p. 129. conf. p. 314.

Terent.
andr. Prol.

Quorum emulari expto negligentiam
Potius, qvam tuam obscuram diligentiam,
uti Comicus loquitur. Imò si te tedium aliquando ceperit secessus tuus, vel volupe tibi fuerit,

fuerit, excurre quælo, mi Poirete, ad nos (quod mihi justè impedito haud licet) Nil
mibi resribas, attamen ipse veni, periculum facturus, num intra istum ambitum, quem
tu definiisti, opera mea constiterit? Non fugiam, induam potius Thymor *παθόσιον*,
& pedem tibi figam:

Τῷ μὲν δέρετο ἐσὶ καὶ ἀπόδεις ὅμφαλόεσσα,
καὶ κόρυθες καὶ δάκρυκες λαμπτεῖν χανόντις.

Factamen, me in linguis totam mentem & ætatem trivisse, hem quantum cri-
men! Annon cogitare debebas, dari divisiones Gratiarum, ad qvas etiam pertinent
genera lingvarum & interpretatio sermonum? Nunquid omnes Doctores? &c. Non *1 Cor. XII. 4.*
omnibus eadem esse cupienda, olim Metellus Mario dixit. Succinit Poëta (*μία δ' ἔχει*
ἀπηγνας ἄμφες Θεύς Μελέτη) & alius, qui cecus perhibetur, te tamen longè per-*10, 30.*
spicacior, inquit: *Ἄλλως ἄλλα εἰδῶντες θεός.* *Salust. B.*
Fugurth.

Sed heus bone vir! in qvibus verò studiis tu mentem & ætatem totam trivisti? si *Φλυαρία*
potes, da nobis hanc veniam, ut non *rancā fistula* (uti tu cavillaris) sed *λευκάδη Φωνή* Poiretianæ
id proloqvarum. Consenuisti in Speculationibus maximam partem otiosis, frivolis,
certè posteritati parum profuturis, qvib[us]ve necessitas humana absq[ue] incommodo
carere possit. Visne, ut aliqua saltem, dictis meis fidem facturus, in memoriam tibi
revocem, vel è solis *Cogitationibus suis rationalibus de DEO, anima & malo*: namq[ue] *L'Occone-*
Oeconomia illa tua, itemq[ue] Tr. de Eruditione Solida, Superficiaria & Falsa, unde plu-*mie Divinae*
ra hujus farinæ adduci potuissent, nunc mihi ad manum non sunt.

Recensebo autem tua, prout sese mihi librum evolventi forte obtulerunt. Vide,
Philosophissime mi Poirete, annon acumen tuum nonnihil delirarit, cum scriberes, *DEum*
esse à se, non negativè (uti vulgo crassius philosophari solemus, persuali scilicet, nul-*l. 3. c. 4. p. 188*
lum Ens positivè h. e. per verum & realem influxum, à seipso esse posse) sed maximè po-*DE.*
sentivè? Dic aliquem, fodes, dic, *Quintiliane, colorem!* Negas alibi, *DEum non esse pra-**fw. sat. 8.*
sentem creaturis ratione essentia, & frivolam addis ratiunculam, quod *DEus fuerit*, cum *l. 1. c. 1. p. 188.*
nulla essent spatio. Qvis qvæsivisset hunc gobium in isto gurgite? Qvis inde, quod
DEus fuit, cum *spatia non essent*, tam facile inferre potuisset, *DEum ne nunc quidem spa-*
tis & creaturis in iisdem substantialiter esse presentem, qvod Scriptura diserte satis afferit
Psal. CXXXIX. 7. f. Jerem. XXIII. 23, 24. Act. XVII. 27, 28. Col. I. 17. &c.

Qvàm puerilis (signosce verbo, qvod veritas expressit) est illa illatio tua: *DEus pro-*
priè & positivè neminem punit, nec punire vult, nec potest, cum ab eo nil proficiere possit ni-*l. 3. c. 11. p. 338*
si bonum, adeoque pœnas tam temporarias, qvàm eternas censes non esse à DEO faciente
vel decernente, sed à solo homine peccante. En cor Zenodoti, en epar Cratetis! Oblis-
tus sc. eras Trivialium iistarum distinctionum (qvæ tyronibus Theologiæ apud nos notis-
simæ sunt) inter malum culpae & pœnae, inter causam efficientem & meritoriam pœna-
rum, &c.

Qvot & qvanta verò, mi Poirete, cumulas absurdia, cum Trinitatem contendis es-
se naturaliter notam s. cognoscibilem, eamque è dictamine tuæ rationis ita declaras, *l. 3. c. 8.*
qvod Pater sit cogitatio, Filius hujus cogitationis repræsentatio, Spir. &c. denique amor *P. 227. f.*

l. 8. c. 8. p. 233 utrinque resultans, quibus respondeat Trinitas in nobis, se Mens, Idea ejus & Acquiescentia. Eandem verò redolent lucernam, quæ de Trinitate in libello tuo pueris inculcanda proposuisti, unde suspicionem corruptæ à te doctrinæ de SS. Trinitate nequivac quam à te amoliri conaris.

De Anima. Qvo verò intellectu quis capiat intricatas & salebrosas tuas speculationes, cogitationem esse ipsam substantiam animæ humanae & esse tamen in substantia, imò cogitationem esse admittis in ipsa cogitatione, neq; prohibes, qvominus alii afferant cogitationem (non obstante eo, qvod sit substantia) esse attributum & actionem substantiæ cogitancis. Certè credere non possum, tibi, cum ista scriberes, sanum satis fuisse synciput, illud enim

p. 72. 76. 79.

Pers. Sat. 3. Dicisq; facisq; quod ipse

Non sani esse hominis non sanus juret Orestes,

Append.

R. 611.

Animam porrò humanam in morte ab omni materia non separari afferis, sed re manere ei conjunctum nescio qvod corpusculum seu portionem materiæ subtilioris & purioris, neq; deesse tibi putas rationes & experimenta facti, qvæ id per svadeant. Subdis deinde primùm ratiunculam qvandam prorsus ineptam, sc. cum DEus considerit mentes quasdam corporibus connexas, non esse probabile, ut illud opus vel ad tempus ex toto interrumpatur. Qvare verò illud tibi improbabile est, qvod ipsa veritas dixit, sc. corpus in morte cadere, non animam, vel id, qvod in honine corpori est contradistinctum? Matth. X. 28. item animam à corpore separatam merum esse Spiritum Luc. XXIII. 46. qui nec carnem nec ossa habeat, h. e. nil corporeum Luc. XXIV. 39. Tantundem efficit experimentum, qvod capis è transfiguratione Mosis in monte Tabor, quam sine corpore Apostolis apparere potuisse, vero haud consonum putas. Sine corpore non apparuisse largior, neq; tamen ideo apparitio facta est per subtile aliquod corpusculum animæ Mosis post mortem indivulso nexus junctum, verum per pristinum corpus animæ redunitum atq; glorificatum.

De Peccato

Horat.

Serm. I. i. f. 1.

I. 4. c. 4.

p. 170. f.

ibidem.

a. Joh. III. 4.

Id aliquid nihil est!

Sed videamus porrò, qvomodo --- pergas pugnantia secum Frontibus adversis componere. Qvàm profundè alibi & prorsus Magistraliter philosopharis, quando peccati formale constituis in defectu à nibilo. Verba tua, planè Seraphica, quibus id exprimis, digna videntur, qvæ hic denuò legantur: Si ego, inquis, qui per DEum cogitatio sum Spontanea (at nibil à me) maneam in nibilo quod est non-determinatio à me, ad me, per me, pro me, simq; mibi, ut qui ex me, ad me & per meniblum, volo, opto, eligo, operor, &c. tunc non pecco. Sed si illud nihil absit, id est, si ego, res sponte cogitans (qui tamen nihil à me) deficiam à nibilo, à non-determinatione à me, ad me, per me, &c. aditq; aliqua realitatis larva inanis, qua eo qui nibil sum, mibi is videar qui à me aliquid sim, sciam, bene optem, velim, operer, tunc ego ipso pecco. Hic certè Delio natatore opus est, ut ne quis præfocetur. Imo tu ipse tuae inventioni diffidere videris, dum non abs re divinas, videri posse nibilates illas rem obscurare & parum utilitatis afferre. Scilicet nimis simplex & crassâ tibi videbatur definitio peccati Johanna per ἀρεμίαν, ubi formale peccati (absolutè spectati) posuit in defectu l. deviatione, non à nibilo (uti tu deliras) sed à ῥόμῳ, nisi forte tibi lex nihil est.

Quantà verò à ea βάσα inculcas, dari ideam nibili, quæ tn. etiam aliquid reale sit:

&

& quinq^u enumeras ideas realitatum, quatuor verò nibili, cum prima realitati, qvæ l. q. e. 2.
Sola & mera essentia DEI tibi est, non respondeat idea aliquanibili. Et ita deinceps tibi p. 548.

Maxima de nibilo nascitur historia.

Prop. l. 2.

El. 2.

Liceat qvælo mihi, cui nunc à dinumeratione literarum Alcoranicarum datur non-nihil respirare, tibi hīc movere dubiolum qvoddam, & animi gratiā sic inferre: *Cujus datur cogitatio opposita in mente humana, illius datur aliqua opposita idea nibili, qvando-qvidem idea & cogitatio tibi perinde sunt. Sed prime realitatis datur in mente humana opposita cogitatio, scilicet apud Atheos, qui dicunt in corde suo h.e. cogitant, non est* ^{In disc. pre-}
Deus ^{lim. p. 53.} *Ps. XIV. i. imo aliquando id etiam aperte profiteri audent, uti ipse fateris. E. prime realitatis datur aliqua opposita idea nibili.* Neq; minūs absurdā est illa Conclusio tua, *Cogitatio magis à corpore differt quam ab ipso nibilo;* cum Philosophi gregarii non abs re persvasi sint, inter Ens & Non-Ens esse infinitam distantiam, ob omnis omnino convenientia negationem. At verò cogitatio h.e. (juxta te) mens, & corpus, convenient sub genere Entis & Substantiae. Verū ubi tu volueris, nil intra est oleam, nil extra est *Hor. Ep. l. 2.*
E. 1.

Et hæc impræsentiarum sufficiant; namq; recensere omnia hujus farinæ singulæ, molestissimi laboris fuerit, & nihil aliud, qvam septimam eruminam Herculis aggredi, h. e. Eleorum Regis stabulum expurgare. O quanto utilius collocasses tempus, mi Poirete, si, ad sublevandam aut juvandam Masoretarum industriam, literas interim non Alcorani vel Talmudis, sed Sacri Codicis numerâsses, non paulo sic majorem gratiam apud optimos qvosq; iniisses. De tuis enim speculationibus istis, otiosis & absonis, re-
E. 1. Et usurpes illud Poëtæ: *Nisi utile est, quod facimus, vana est gloria.*

Prolixior nonnihil fui, dum studiorum meorum rationem tibi redditurus ad tua si- Inqvissimū
mul delapsus sum. Sed cogita, longiori morâ opus esse, ut contraria dissolvas, qvam Poireti ju-
ut objicias; & semper plus diligentiae postulare curationem, qvam vulnus. Nondum Scriptis,
tamen me dimittis, sed postqvam convitiis sic latis atrocibus personam meam & studia meis,
es infectatus, progrederis ad scripta mea, in qvibus reprehendis freqventes & constipa- Sen. Ep. 48.
tas allegationes autorum, qvas vocitas farragines inanesq; citationum judicio secluso Poir. p. 509.
coacervatarum cumulos, & mea rhapsodiarum nomine traducis. At ne sœvi tantoperè,
mi Poirete. Idem illud qvoq; olim Palæmon Grammaticus mordax Varroni imprope-
rabat eumq; vocabat literarum porcum, qvod multa undecunq; congereret sine delectu
& judicio. At qvotusq; qvælo ideo Palæmona istum Varroni anteponit? Scias
verò tu, mi Palæmon, me non unas habuisse hujus instituti mei rationes. Malui in qvi-
busdam aliorum consilia audire, qvam ex mea unius sententiâ omnia gerere: Gratum
alias est viatoribus eorum vestigia terere, qui ante eos rectè ambulârunt. Nōstin' il-
lud: *Optimi Consultores mortui?* & aliud Plutarchi: *Οργανος τε παιδειας ι κρη-
σις τε βιβλιων εστι.* Cœterum allegationibus qvoq; autorum liberius in scriptis
meis indulsi, non modò, qvod ingenui esse pudoris existimarem, fateri per qvos prof-
ceris, sed etiam, ut si ipse situm lectoris non semper restingvere possem, fontes (ex Xeno-
phonitis consilio) ostenderem, unde plura haurirent. Qvare hoc culpas, Poirete?
Possem hac occasione pro Apologo illo è Phædro recitato, de Lupo & Agno, quo an- p. 516.
tagoni-

tagonistas tuos pungis , reddere alium è Locmanno fabulatore Arabum (cui Sura-
ta XXXI. Alcorani dicata est) de Aranea & Ape , qvem Th. Erpenius seqwentem in
modum transtulit : Aranea aliquando dixit Apis mellifer.e: Si me tecum sumeres , fa-
mannip. 3. cerem ego mel sicuti tu , & plus eo. Auscultavit ei Apis : cum autem non posset (aranea)
simile quid facere , feriit eam apis aculeo suo , unde mortua est , dicens apud se : Digna-
certè ego sum malo hoc , quod mibi evenit ; cum enim non possim facere picem , cur vo-
lui mel facere ? Verum bono animo sis , mi Poirete , hæc res tibi damno minimè erit .
Sine tu me modò florilegas apes imitari , aliorum scripta libare , & inde roscida mella le-
ctoribus meis reportare ; ego interim feram , ut tu instar aranea è teipso telas tuas ducas ,
at nulli texturæ idoneas .

Ausgodiā Judicium quoque in meis & rationem desideras . Verum male judicat omnis cor-
Poiretiana . ruptus judex . Judicium illud tuum ex labore est , non livor ex judicio . Mi Poirete ,
p. 509. Vis dicam tibi veriora veris ? Tua scripta confusum aliquod chaos sunt , in quibus ratio-
nem , ordinem & methodum non est quod desiderem ego , cum tu ipse haud quaque dis-
similes , quæcumque à scriptis methodicis abhorreas , ita enim in cogitationibus tuis ra-
tionalibus ratiocinatis : Divini autores in simplicitate cordis DEO adherentes nugarum
l. 3. c. 18. humanarum obliti vel nescii , non sunt imitati modum vel scribendi vel loquendi vanum
p. 553. eorum , qui methodos , argutias , verba captant ---- Facile certè experiri quisque potest , stu-
dium omnia methodicè disponendi , exactè limatque dicendi , nullatenus cor afficer , nil
aliud efficere , quam nativum cogitationum robur frangere , ipsumque interdum caput debi-
litare , ut illius , qui sibi condendo versus cere - comminuit - brum . Vel etiam vani-
tati scribentis aut dicentis , & curiositati inani atque titillationi audientis vel legentis inser-
uire , quorum lasciva & nauscibunda luxuries potius solidâ & non fictâ veritatis necessa-
riæ inculcatione , etiam repetitâ , esset sananda vel eliminanda , quam libris & sermonibus
curiosus & scrupulosus peccinatis , ut sic loquar , enutrienda . Desine obtundere , Poi-
rete , satis intelligimus , quam apud te locum non inveniat πολυθεύλητον illud : Qui
benè distingvit , benè docet . Id autem ferendum non est , quod scriptores sacros ordinis
insuper habiti insimulas , cum tamen DEUS , Scripturæ autor , non sit Deus confusionis
(1 Cor. XIV. 33 .) quæcumque artem methodi venustè in Sacra Scripturâ celatam tu mi-
nimè capias , cui vanarum Speculationum Saxum , quod perpetuò volvis , totum cere-
comminuit - brum . Habeas tibi tumultuaria tua , valeas cum illis , in quibus nemo
non videat

Πάντες ἀνατρέπεται τάξις καὶ σχῆμα καὶ θέση.

Qyerela Sed nondum convitiorum finis . Totum scriptum meum (αδεστότε pridem li-
Poiretiana de injuriis sibi factis : bello , at nunc abs te pro tuo agnito oppositum) ais contumeliis , ludicris loquendi mo-
dis , insultationibus puerilibus , proverbis insultis interpersum . Poirete ! Quis tulerit
p. 509. Gracchos de seditione querentes ? Scilicet tu in toto hoc scripto tuo in me & alios Paſta-
Threnal. nas rosas & candida lilia jecisti ! Nemo magis quam tu maledicus in omnes , quem vicini
Sat. 2. ideo ut canem cavent ; quando verò ut fieri nonnunquam solet , malefacta cogeri au-
dire tua , illic ringeris , stomacharis , convitiaris ! Scilicet , egomet mibi ignosco , Mævius
inquit ! Neq; tamen , quando ego te aciore alicubi sale defrico , vel convitium facio , vel
male-

(15)

maledicta maledictis redde, sed tuam reprehendo maledicentiam, vanitatem redarguo,
larvam tibi detraho, fastum retundo, qvo deposito sanior eris vel certè sanabilior.

Prome verò jam contumeliosa illa è libello meo. Malè te cum primis habet, qvod
occasione tituli, qvo alius libellum tuum mactavit, (sc. Prudentia Justorum) nomina- p. 509.
rim te, nescis qvoties, Klug h.e. Prudentem. Atqvi verò in eo Epitheto tibi tributo
me humani aliquid esse passum nunc palam fateor, idq; ingenuâ palinodiâ revoco; tu
verò hujus lapsus mei cò faciliùs mihi gratiam facies, qvò promptius tibi polliceor, me
eiusmodi titulis non fore tibi amplius molestum. Mentem mutavi, mutabo & lingvam,
pro eo qvod te toties inscius vocavi Klug / tantò sèpiùs ingeminaturus sum: O te nun-
quam prudentem! Sed vocavi te qvoq; Super-Klug / h. e. vanâ prudentia opinionem
turgidum. Nihil hic muto, sed qvod olim Aristoteles adolescenti magnificè de se sentienti
dicebat, tibi seni & qvè dici posse censeo: O Poirete, utinam talis esses, qualis ipse tibi vide-
ris, qualis autē revera es, tales fiant hostes mei! Sed & tua mihi sunt qm fliegender Brief
ohne G. Tu mihi de argutandi arte nihil concessur, ais me inde hoc argutandi genus habere,
quod olim inter Scholares audiverim Gesell ohne G. O lepidum caput! Qvam miserè ho- p. 510.
minem jugulasti. Certè captus est: habet. Nihil repono, nisi monitū, ut tu inter Scholares in
posterum discas scribere Eclypsin sine v. Ψιλῷ. Ita in te locum inveniet illud: γνέγ-
ων πολλὰ δίδασκόμενος. Cœtera qvæ vel recoqvis vel nova ingeris convitia, af-
faniarum pertælus, non attingo. Nasutus sis usq; licet, sis deniq; nasus! Cum Mart.
fallum qvid à maledico fingitur, aut omnino non creditur, aut certè integrâ salute sola
fama vexatur, bene Augustinus ait.

Postqvam ergò sic convitiatoris partes satis strenuè explésti, tum demum disputa- Poiretus
toris personam induere instituis, sed ita, ut ego in toto eruditorum orbe nunquam audi- responsum
verim ineptiorem. In potissimum responsum omnino declinas, & me in aliis jam de- declinat.
bellatum causaris. E triginta circiter, inquis, quæ libello meo objecit, eorum vel viginti p. 510.,
quatuor dudum extant inter Hamburgenses objectiones, quas sive expilavit, sive de novo
post alios succinit; sic ut ad ea ulteriore non indigeant responsum. Jam te laudo, mi
Poirete, ut qvi, qvæ in rem tuam sunt, tam bellè scias. Ita nitirum (monente Fabio)
contemni debent, quæ refelli non possunt. Dum interim ais me Hamburgenses objectiones
expilasse, mendacium denuò dicis, cum ego ante libelli mei editionem, præter Celeberr.
D. D. Joh. Frid. Mayeri Admonitionem, Hamburgensium objectionum nihil viderim;
Ille autem, si vel maximè à limine ejus onustior recesserim, id non adeò indignè feret
neqve me ideò plagiis postulabit: Inter nos ista componentur. Neqve ita nunc otio
abundo, ut ea retexam, qvæ tu Dnn. Hamburgensis satis procaciter regessisti. Viri
optimi habent ætatem, habent animum, habent vires; si voluerint, pro se responde-
bunt, nisi fortè malint coccyxmos tuos atqve inconditos sarcasmos generoso silentio
vindicare.

Spicilegium tamen qvoddam quasi post messem è meo libello instituis: Cœtera
sex aut septem quæ super sunt apertè falsa sunt, vel ridicula, vel inter se pugnantia, p. 511.
vel sunt carnalitatis ob murmurationes, vel talia, ut arguant cognitionem admodum te-
nuem rerum trivialium. Atqve id contentus es ita dixisse, de solidâ probatione pa-
rum

Augustinus
Ep. 15.

Aug. conser. rum sollicitus. Ast verba jaetare & nihil probare, quid aliud est quam delirare? ait Petil. c. 39. Augustinus: aut ut tibi tua reddam, malevoli atq; inerudit*i* est animi, eum quem ratio-
In libell. *nibus aggredi non possis, convitio proscindere.*

p. 218. Agedum, Poirete, qvænam igitur sunt illa apertè falsa? Falsum tibi est, qvod dixi
Poiretus af- fingit mihi voluisse te Lutheri catechismum è manibus excutere. Egò verò istud ne quidem de
falsa. De te, aut autore libelli tum incognito, determinatè dixeram, sed generatim de Separa-
Catechismo tistis. Interim te paria cum illis facere nemo temere negaverit, qui expenderit elimi-

P. 311. nari abs te in libello, qvo prima religionis vitæ Christianæ fundamenta ac elementa
tradere præsumis, doctrinam de Sacramentis, sensum genuinum Decalogi & Orationis
Dominicæ perverti & corrumpi, Symbolum deniq; Apostolicum obscurari, qvibus verò par-
tibus Lutheri Catechismus absolvitur; iis proinde ablatis necesse est excuti è manibus
Lutheri Catechismum.

DeCatechisi- Falsum tibi porrò est, te rejicere modum catechisandi per quæstiones & respon-
sationes. Verum ex ore tuo te judico --- Luc. XIX. 22. Namque in ipso libello tuo,

ibid. prout eum resinxisti, ait: Pleriq; satis videtur, si suis notitiis aliquot eo modo inges-
p. 20. serint, unde plerumq; psittacis sunt similiores, quam hominibus intellectu præditis.

Qvænam autem est inauspicata illa methodus? Memoriam eorum onerant præscriptio-
nescio quot quæstionculis ac responsionculis &c. Anne verò hoc est rejicere modum ca-
techisandi per quæstiones & responsones, antè præscriptas? Quando tandem recipies
Iuv. sat. 3. Ejectum semel attritâ de fronte ruborem? Coeterum qvod omnes nostri catechumeni
per hujusmodi præscriptas quæstionculas & responsionculas psittacis similiores sint,
qvam hominibus, odiosum tuum dicterium est; scito tamen esse inter illos, qui oracula
Bourignoniae tuæ suprà adducta, qvibus tu aures substringis, vel blasphemias esse vel aniles
fabulas norunt.

De Scholis. Falsum tibi est, Poirete, qvod notavi, te Academiis & Scholis inimicum esse, & pro-
testaris te soli abusui inimicum esse. Ubi initio observationem omnino meretur, qvod illud
p. 19. de Scholis in novâ editione libelli tui expunxisti, qvod tamen in editione Germanicâ, de
p. 14. qvâ mihi tunc sermo erat, non obscurè adeò habetur. Verba tua, nescio à qvo Germanicè
facta, hæc sunt: Ach wolte Gott daß die Kinder bey Seiten und unablässig hiezu
gewöhnet wären/ an statt daß sie auff eine Wiederchristliche und Teufflische Art
erzogen seyn/ uñ man sie so wol ins besondere/ als auch in den Schulen und sonst
aller Orten erziehet; allwo man ihnen von allen Seiten den tödlichen Gifft des
Lobes ins Herz bläset/ welcher in ihnen die jämmerliche Hoffart pflanzt/ welcher
sie zu Feinden Gottes macht/ nach der Aussprach des Heil. Apostels Petri/ Gott
wiederstehet den Hoffärtigen/ u. s. w. Annon hic in Scholas ubique locorum, aper-
tè satis debaccharis? Gemina verò tuis scripsit etiam Bourignonia tua (Graff der fal-
schen Theologie P. 3. p. 249. & alibi,) Si proinde ea, qvæ olim scripsisti, recantas cala-
mumque reducis, confessa jam res est; abusibus scholarum nemo sanus unquam ami-
cus fuit.

De Disputa- tionibus. Falsum & hoc tibi, Poirete, est, qvod scripsi te disputationes de rebus fidei rejicere,
& mones, id de solis cœcorum disputationibus intelligendum esse. Ergo solos
Andreas.

Andabatas pungis ? an verò omnes eos cœcos esse putas, qui deliria Bourignoniae, & ex-legem tuam in dicendo & disputando methodum improbat? Eo sane spectant ista verba tua: *Discursus rationis (lumine extraordinario à te descripto non collustrata) de p. 42.*

*DEO & divinis ... imagines omnino mortuae sunt, frigideq; ac inanes & verè steriles picturae, quibus si quid superextruas, ventus erit, animos sic tumefaciens & inflans, ut alii in alios perpetuis dissidiis, contentionibus ac præliis impellantur, donec vel proprii uniuscujus tumoris distensione, vel mutuo omnium conflictu ac compressione rumpantur universi. Hoc qvò pertineat, dicit, qui te noverit. Præcinuit verò tibi hic Phædr. l. 8. iterum **ye gūc ēs** Bourignonia (cujus sputa lingis) dum omnia sententiarum de Fab. 1. religione divortia à Diabolo orta esse asseruit (Probierstein n. 275.)*

Ridiculum deinceps tibi videtur, qvod post falso relatam tuam sententiam de non retinendis nisi necessariis, objiciam ludicrè, hoc furibus autoritatem dare superflua alio singit mihi rum diripiendi. Certe ego sententiam tuam de non retinendis necessariis haud qva, ridicula. quam falso retuli. Recognosce verba libelli Germanici (cum quo solo mihi tum temporis res erat: Man muß ihnen beybringen / daß das Geld nur lediglich dazu sey / daß man die nothwendigen Sachen erkauft und desselben kein mehres verlangen müsse: daß Gott/demes gehört und dem man auch Rechnung davon thun muß / ob er uns gleich vergönnet / uns dessen zugebrauchen zu unser Nothdurft will / daß das übrige vor die Armen und zu seiner Ehre sey. Qvod si jam quis è pecuniae suis aliqua retineat, qvibus ad necessaria vita non indiget, ille te judice utique possessor malæ fidei est, unde conseqvitur, reposci atque repeti superflua & qvæ contra jux & æqvum possidet atque detinet, per eos posse, ad qvos spectant. Qvare enim sibi non vindicent rem suam, vel certè sibi à DEO adjudicatam? Eundem errorem erravit furumque patrocinium haud obscurè in se recepit Bourignonia (Advertissement p. 232.) Ridiculum utique hoc esse fateor, at abs te est profectum. Autor sententiæ risum, si non qvid gravius; censor si non laudem, certè veniam meretur.

Sed & istud tibi ridiculum, qvod scripti infantibus ea comedenda urgeri, à quibus De cibis in- averso sunt animo, & mones, te de horrore vincibili ac sanitatem non laudente tantum- gratis inge- modò locutum. Ridiculum certè & hoc est, urgere infantes ad cibos ipsis ingratos, readis. dummodo horror sit vincibilis & sanitatem non destruat E. g. ad comeditionem casei & aliorum cibariorum, à qvibus multi abhorrent. Nonne autem multò convenientius tibi videtur, Poirete, indistò liberis delicatoris stomachi unius alteriusque dieculæ jejunio, appetitum potius ad non spernenda vulgaria provocare, quam cogere ad ea, à qvibus abhorrent? Verum ab hoc punto salus Græcia utique non dependet.

Inter se pugnantia esse censes, qvod ego dico à DEO postulari perfectam Spiritus Poiretus af- obedientiam p. 40. ubi tamen paulò ante reprehenderim irrisoriè in libello meo p. 39. Spi- singit mihi rituale mandati sexti explicationem. Qvafsi verò tibi tuiq; similibus adeò insolitum sit pugnantia propria vineta cädere! Sanè pleriq; de vestro grege non magis sibi ipsis ut plurimum constant, atq; Homericus ille ἐπ' ἀμορίγενοδας ἔλευ. Bourignonia Magistra tua Hom. I- ingenuè id de se fatetur (Licht in Finstern: P. III. p. 298.) Sie wolle ihren Freund nicht liad. V. nöthigen/ihr in allem / was sie sagt zu glauben / sintemahl sie selbst zuweilen Mühe habe

haben solches zu glauben/insonderheit wann sie so wiedervârtige Wirkung davon
sehe. Et nihil ipsi solennius, quam *τὸν ἄδικον κατεργάζειν*. Qvod ad te, mi Poirete, nolim
quidem ego meum facere, qvod Petrus Firmianus (S. Zach. Lixoviensis) ipse Gallus in
Somn. Sap. p. 505. ait, *Naturale esse Gallis sâpe mutari: interim prodis tu, te* (qvod mihi
p. 12. objectas) *tenuem admodum cognitionem habere rerum maximè trivialium, & ne-*
gligere verae oppositionis leges, quas θεοὶ καὶ πᾶντες sciunt. Dixi p. 40. *Lex DEI est*
Spiritualis (Rom. VII, 14.) h.e. internam cordis s. Spiritus obedientiam requirit: P. 39. di-
co: *Legis Divinae sensus genuinus & à DEO intentus non est in alienum, qui pro Spirituali*
venditetur, detorquendus (qvod tu, Poirete, feceras in libello tuo) Qvænam, amabo, hic
est pugna?

An gauden-
dum de de-
sertione
sui?

P. 512.

Impingis mihi porrò nescio qvas carnalitatis obmurmurationes circa affectationem laudis (de qvā verò supra satis superq; dictum fuit) & addis me acquiescentiam in privatione honoris absurdè ad Dæmones aut damnatos applicare p.96. Verùm, mi Poirete, èdèv nō nov̄as deūr̄as, èt m̄n̄ wēḡatōr̄is. Ita Deum à nobis esse compellandum docet libellus tuus Germanicè editus p.61. HErr̄ ich verdiene nichts als Verspottung und verlassen zu werden; wann mir selbiges wiederfährret / so habe ich / was mir von Rechts wegen zufomt (anno autem juxta rigorem justitiae DEI meremur, ut in æternum ab ipso deseramur?) Ich freue mich/dass deine Gerechtigkeit an mir zu ersehen ist (quod deseror à te.)

An Poiretus
recte vo-
luntatem
intellectui
præposue-
rit?

P. 512

An Poiretus
recte vo-
luntatem
intellectui
præposue-
bit?
p. 512.
1.8. de Trin.
s. 4.
Seal. Exerc.
307. S. 8.
p. 512. 513.

Unum verò restat, quod te, uti video, præ aliis ussit, & magis quam reliqua omnia
bilem in nasum concivit, quod scilicet centoriam virgulam strinx in cogitationem qvan-
dam minùs rationalem è libello tuo, ubi voluntatis culturam culturae intellectus præpo-
suisti, unde dixi te equos currui postponere p. 38. cum ignoti nulla sit cupido. Inde ad con-
vita te denuò recipis & cramben tuam denuò lectori cum ipsius fastidio apponis: Lon-
gè melius profectò faceret Dr. Doctor, si se in posterum potius occuparet, quot sint Syllabæ
in Talmude, quam ut refutare ea præsumeret, ad qua intellectus ejus minime constitutus
est. Cui insulsæ inventioni tantopere faves, ut rursus p. 513. eandem lectori ingeras (sc.
juxta illud δις τὸ τέταρτον καλλα). Verùm convitiis tuis, Poirete, nil apud me proficis: Non
hoc, non tibi, false, sic abibit. Dic potius num rectè atq; ex ordine abs te sit factum? In-
tellectus utiq; (qvoad speciem actus) primò movet voluntatem. Proponit enim volun-
tati aliquod objectum cognitum, quo cœu principio externo movetur voluntas, sine quo
etiam voluntas illud non posset velle. Nibil enim potest esse volitum, nisi prius sit cogni-
tum, uti Augustinus ait: Cum equum volo, non aliter eum volo, atq; intellectus,
qvo exemplo utitur Scaliger. Unde μλυθηται: Nihil est in voluntate, quod non
prius fuerit in intellectu, & Error voluntatis præsupponit errorem intellectus, qvamdiu
videlicet voluntas judicium intellectus admittit. Ut verò colorem aliquem inducas as-
sertioni tuae, vel pueros scire ais, cognitionem & rerum quarumvis distinctiorem & peni-
tiorem necessariò præcedi à desiderio maximè seriò eas indagandi, ut prius generalior
& confusior debuerit antecedere cognitione, quod res illæ dentur, & quid ex sint generatim
&c. Adeoq; cognitionem distinctam intellectus vis præcedi à voluntate, ipam verò vo-
luntatem à generali & confusa cognitione intellectus. Id qvod non omnino abnuo.

Voluntas suo modo movet intellectum ad exercitium actus, nam contemplamur & discurremus (qvæ sunt actiones intellectus) quando volumus. Adeoq; voluntas suum quoq; habet imperium in intellectum, ut, quando intellectus objectum quoddam intellexit, voluntas jubere possit, ut ille recolat intellectionem & objectum suum denuò & accuratiùs consideret. Intellectus interim primò movet voluntatem qvoad actus specificationem. Verum ista omnia pueri rusticani in secessu illo tuo, ubi tu otiosus desides & tecum muginaris, me longè melius nōrunt. Qvicquid verò sit de illà tuā distinctiunculā, qvā te evasurum speras, diffiteri tamen nequis, voluntatem præcedi saltem à qvacunq; antecedanea cognitione intellectus, unde vereor ne iidem pueri tui videant, à $\Phi\alpha\lambda\omega\Phi\alpha$, esse, imò $\alpha\lambda\omega\alpha$, qvod, ubi recenses animæ facultates p.9. facultatem volendi præponis. Cave tibi, mi Poirete, nam & forte pueri isti nasum rhinocerotis habent. Nolo interim nunc expatriari in considerationem istam, qvæ, qualis & qvanta præreqviratur notitia fruitionis DEI beatificæ & mediorum illuc ducentium ad desiderium efficax & seriam voluntatem finē istum asseqvendi & media illuc ducentia exeqvendi? ubi tamen minimè sufficere puto monita illa moralia libelli tui, qvibus interdum solidiora hauriri possent ex Enchiridio Epiceti vel Distichis Catonis vel Mimi Publianis &c. In pueris enim non reqvirimus qvidem cognitionem consummatam perfectione gradum; verum ætati & intellectui ipsorum proportionatam, attamen explicitam & suā integritate partium sive articulorum fidei ad Salutem necessariorum gaudentem.

Atque sic putas, mi Poirete, te egregiè tuis defunctum esse partibus, & nihil amplius restare, nisi ut triumphum agas. Ego sanè plures ejusmodè tibi appreco victorias, sed vereor ne in te conveniat, qvod veterum aliquis dixit, Amici, si sic iterum vicerimus, perimus. Qvæ contra me in medium afferre voluisti, retudi hac vice, in qvibus diluendis nec ungues mordere, nec pluteum cädere necesse fuit, verum mihi otium aliquot dierum, ut ut variè interruptum, nacto, & tua animo sedato & composito excutienti, omnia ad numeros venerunt. Coetera, qvæ non attigisti, per te stant inconcussa.

Invenies qvidem in hâc responsione meâ aciores qvosdam mortus, sed irritatæ necessitatæ & provocatae veritatis, qvæ dici potest sine bile, qvanquam pro re natâ non sine sale & aculeo. Si quid hîc forte accidit, unde tua periclitari possit existimatio, à me non est; Ipse illud intristi tibi, ipse tuam fortunam architectatus es. Plures decepit improba illa, Siren, qvæ cum aliquem everttere constituit, primò omnium sui obliuisci facit. Nam qui nescit mensuram virium suarum, præceps ruit, qvò vanæ mentis impellit impetus, & clarus meditatur fieri, priusquam consecutus est illas opes, qvibus vera gloria paratur & nomen. Unde fieri solet, ut qui intra se, procul dedecore, latere poterat, publicè omnibus sese deridendum propinet. Qvod si mihi res fuisse cum cordato aliquo Theologo, vel saltem cum homine ab omni modestiâ non prorsus alieno, pari sanè studio illud stadium cum ipso decurrissim; nunc ubi res fuit cum Mataeologo & qui deliriis anilibus Bourignonia addictus est, præterea cum homine incivili & ruris pleno, cum hominæ perfrictæ & ferreæ frontis, qui aut victoriâ potiri velit aut emori, nil sanè profecisse langvidâ manu, sed durâ bipenni & cuneo opus fuit, ad ferrum & sectionem deveniendum fuit, ubi aliter sanitas constare non potuit. Scripisti, mi Poirete, qvæ voluisti, qvid mirum, si hic legas, qvæ nequaquam voles? Beneficiis si certâsses, audisses

benè; jam refers, qvod attulisti, dum ego convitiorum tuorum amarissimam labem verborum veracium lumine dilui. Ita me interim in totā hāc scriptione temperavi atque tractavi, ut nil qvæsivisse videri possim præter jocum & lusum, nam tua ita comparata sunt, ut bilem mihi movere non possint. Cogita interim, mi Poirete, si in stomachabundum aliquem incidisses, & cui cor citius turgescit tristibus iris, qvætae intemperiæ detinuissent in tuum caput! Annon vel Penthei ac Lycurgi fabulis dedilles fidem? Qvod si tamen liberius aliquantò delicias feci, qvam forte ætatem meam & ordinem deceat, cogita me de te hæc didicisse omnia & tuos tibi ludos reddere: *Humanitatis tua est, in quo veniam tibi tribuis, indulgere & ceteris, qvod Augustini monitum est.* Ridendo dicere verum qvid vetat? præsertim de rebus personisve ridiculis?

Num verò mihi quoq; tu pro hāc epistolā gratias sis acturus, parum refert; modò hanc à te exorem veniam, ne ægrē feras, qvod cum libellus tuus serò ad nos venerit, fellinam tuam in convitiando liberalitatem tardior mea gratia excepit. Norunt aliás, qui me propius nōrunt, me non mina literaria promtè expungere solere & debitorem esse minimè morosum.

Scito interim, te nullam posthac literam abs me visurum. Nam & mihi scriptio talis molesta & tibi lectio parum jucunda futura esset. Tu ipse antagonistis tuis omnibus otia facis p. 516. Puderet me Jane in posterum ferram contentionis cum audaci & impudenti ejusmodi interpretum genere, diuisiō reciprocare, quapropter quidquid sunt dein ceps excepturi, eos oris sui profluvio, meum autem Libellum propria veritatium illud contentarum firmatati proborumq; omnium conscientia permettere decrevi (Modò ut possis, Dave!) Qvod si verò tui oblitus me denuò tuis convitiis volueris insestari, scito me tamen furdum ad omnia fore, & qvo plura & atrociora in me congesseris, crede te ed præclarious de me esse meritorum. Ego talia lingvæ venena contemnam audacter & generosè, velut anserinos strepitus, & adversus muliebria illa arma commasculabo frontem, fretus tritâ regulâ: *Injuria injustè irrogata, ejus fit infamia, qui fecit.* Meæ nocere famæ non poteris, neq; qui Plautinus jocus est, poterunt mihi minaciæ tuis hisce oculi fodiri. Neq; verò mihi tam ignobiles ab aliis studiis & occupationibus vacant horæ, qvas tuis *Φλυας* legendis & excutiendis impendam, & ut cum Phædro familiariter tibi autore, loqvar (l. 3. Prol.) *tanti non est ingenium tuum Momentum* *ne hora pereat officiis mei.*

Qvod si tamen reponere tibi aliquid visum fuerit, noli vel putare, tua esse talia, qvæ refutacionem non admittant; vel quasi te prorsus negligere velim. Non deerit alius, & forte exoriens aliquis nostris ex offib⁹ ulti⁹, scabris tuis libellis justo sale defricandis haud impar, ut si qvam forte maledicendo voluptatem iterum ceperis, eam malè audiendo amittas.


Cave verò, ne proportionibus & probationibus lectori tuo denuò mera des verba, qvod in coronide ista tuā fecisti. Si non potes, qvod tam justè à te flagito, offendere, crede veritati, consice se, obdormīce, à furore evigila ad sanitatem, ut sua mihi verba commonet Augustinus l. de Unit. Eccl. c. 16. cuius aliud quoq; monitum (Epist. 15.) rogo, mi Poirete, ut qvam altissimè in animum tuum demitas: Si non possum dicere, quid mihi emendandum videatur in scriptis tuis, nec tu in meis, nisi cum suspitione inuidia aut lesionē amoris, quiete simus ab his & nostra vice salutiq; parcamus.

Qvod superest, muta animum, & ipse observa, qvod aliis præscripsisti p. 311. Euelle de pettore suo spinas & tribulos, ut te Dominicum semen fertili fruge locupletet; ut divina & spiritualia seges in copiam facunde messis exuberet. Venena fellis exome, discordiarum virus exclude. Targetur mens, quam serpentinus livor infeceras, &c. Demite qvæso cristas, & tecum habitare disce, certoq; crede, te non eum esse virum, qui tibi crederis. Si te intras obriæ Philosophiæ cancellos contineres, posses aliquam nominis celebritatem conseQUI & tueri, qvam verò vanajactatione Theologia alicujus electioea (in qvam incautus pessima qvæq; concessisti) & maledicentiâ tua dedecorasti & decoxisti. Qvod si id à te impetrare mihi non licet, neq; sperare fas est, qvod maximè opto, tu in secessu tuo speculacionibus tuis sterilibus per me, quantum lubet, indulge. Ego nunc ad alia vocor: neq; tamen de-

Sinam interim precari, ut tibi sit mens sana in corpore sano! Scripti Lubeca, non in otioso secessu, sed inter concatenatos labores & varias interpellationes. A. O. R.

clo lac xciij. ipsius Kalendas Maij.

9 APR - 1804



yet intellectum ad exercitium actus, nam contemplamur & dimes intellectus) quando volumus. Adeoq; voluntas suum qvoq; ectum, ut, quando intellectus objectum quoddam intellectus, vo-
recolat intellecione & objectum suum denuo & accuratiu
nterim primò movet voluntatem qvoad actus specificationem.
rusticani in secessu illo tuo, ubi tu otiosus desides & tecum mu-
nōrunt. Qvicqvad verò sit de illâ tuâ distinctiunculâ, qvâ te e-
amen neqvis, voluntatem præcedi saltem à qvacunq; anteceda-
is, unde vereor ne iidem pueri tui videant, à *Phiλοsophos* esse, imo
s animæ facultates p.9. facultatem volendi præponis. Cave tibi,
pueri isti nasum rhinocerotis habent. Nolo interim nunc exspa-
stam, qvæ, qualis & qvanta præreqviratur notitia fruitionis DEI
uc ducentium ad desiderium efficax & seriam voluntatem finē
illuc ducentia exeqvendi? ubi tamen minimè sufficere puto mo-
, qvibus interdum solidiora hauriri possent ex Enchiridio Epistel
el Mimi Publianis &c. In pueris enim non requirimus qvidem
tam perfectione graduum; verum ætati & intellectui ipsorum
a explicitam & suâ integritate partium sive articulorum fidei
n gaudentem.

*i Poirete, te egregiè tuis defunctum esse partibus, & nihil ampli-
um agas.* Ego sanè plures ejusmodè tibi appreco victorias,
niat, qvod veterum aliquis dixit, *Amici, si sic iterum vicerimus,*
ne in medium afferre voluisti, retudi hac vice, in qvibus dilu-
e, nec pluteum cädere necesse fuit, verum mihi otium aliquot
ruptum, nacto, & tua animo sedato & composito excutienti,
unt. Coetera, qvæ non attigisti, per te stant inconcussa.
hâc responsione mēa aciores qvosdam morsus, sed irritatae ne-
ritatis, qvæ dici potest sine bile, qvanqvam pro re natâ non sine
ic forte accedit, unde tua periclitari possit existimatio, à me non
ipse tuam fortunam architectatus es. Plures decepit impro-
aliquem evertere constituit, primò omnium sui oblivisci facit.
m virium suarum, præceps ruit, qvò vanæ mentis impellit im-
fieri, priusqvam consecutus est illas opes, qvibus vera gloria
le fieri solet, ut qui intra se, procul dedecore, latere poterat,
endum propinet. Qvod si mihi res fuisset cum cordato ali-
n cum homine ab omni modestiâ non prorsus alieno, pari sanè
plo decurrissim; nunc ubi res fuit cum Matæologo & qui deli-
addictus est, præterea cum homine incivili & ruris pleno, cum
æ frontis, qui aut victoriâ potiri velit aut emori, nil sanè pro-
led durâ bipenni & cuneo opus fuit, ad ferrum & sectionem de-
iter sanitas constare non potuit. Scripsisti, *mi Poirete, qvæ*
legas, qvæ neqvaqvam yoles? Beneficiis si certâsses, audisses

C 2

benè